



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 53. Cardinalis Noailii atque Opponentium inquietudo ob sinistrum negotiationis suæ successum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

contra Bullam blasphemias, satyras- Sæc. XVIII.  
 que evomere, deprehenſi fuerint. Hac A. C. 1716.  
 feveritate horum conventicula fuere  
 diſſipata, &, quamvis ſentiendi liber-  
 tatem non exuerint, caute tamen lo-  
 qui & agere coacti ſunt.

§. LIII.

*Cardinalis Noaillii atque Opponen-  
 tium inquietudo ob ſiniſtrum ne-  
 gotiationis ſuæ ſucceſſum.*

Postquam certus conſtansque rumor  
 attulerat, quod Chevallerii artes  
 detectæ, atque excogitata fictæ recon-  
 ciliationis media Romæ fuiſſent rejecta,  
 hæc ipſa conſiliorum fruſtratio Oppo-  
 nentibus Episcopis magnum attulit do-  
 lorem: Valebat tamen nonnihil ad an-  
 gorum laxamentum jaſtata ſpes, ſe  
 abſdubio votis damnandos, ſi eorum  
 preces ad ipſius Pontificis aures de-  
 ferrentur: Eapropter tam ipſi, quam  
 Cardinalis Noaillius Tremollium Car-  
 dinalem crebris literis fatigabant, ut  
 a Pontifice obtinerent, quatenus Abba-  
 tem Chevallierum vel ſemel tantum ad  
 alloquium admittere vellet: nimis e-  
 nim eſſe moleſtum, perſcribebat Noail-  
 lius, quod Pontifex Præſulum rationes  
 excipere recuſaret. Ceſſit eorum im-  
 portunitati Tremollius; aſt Pontifex

Sæc. XVIII. palam declarabat, quod homines  
 A. C. 1716. adeo protervum nunquam admittendum  
 esset: Tremollo tamen indulfit, ut  
 ipse Opponentium consilia, ac reconcilia-  
 tionis media sibi exponeret. Hic ergo  
 opportuna hac occasione utendum  
 ratus, coram Pontifice præprimis Cas-  
 vallierii impudentiam multis argumen-  
 tis reprobabat, ad ipsa autem manda-  
 ta eidem Abbati commissa descendens  
 abbat, eidem injunctum esse, ut summo  
 Pontifici velut principium apud Oppo-  
 nentes firmissimum exponeret, quod  
 Reges in rebus fidei non alias, quam  
 reconciliatorum partes agere valeant  
 proin Rex Bullæ acceptationem etiam  
 ex Pontificis impulsu præcipere  
 queat. De cetero conciliationis me-  
 dia, quæ Abbas proponere jussus esse  
 forent. I. Scriptum, in quo difficul-  
 tates, & tumultus per Bullam ex-  
 citati describuntur. II. Ut Pontifex  
 tentis hisce difficultatibus vel summo  
 Bullam explicaret, vel approbaret Do-  
 ctrinæ articulos, tanquam Bullæ ex-  
 plicationes, in quibus ipsi Præsules  
 sua dubia circa Constitutionem dilu-  
 darent, vel ut Pontifex per novam  
 Bullam verum prioris Constitutionis  
 sensum determinaret. III. Ut, si Pon-  
 tifex suam Bullam explicare renuerit,  
 ipsi Præsules juxta doctrinæ articulos

eam explicent, & desuper mandata Sæc. XVIII.  
ad omnes suas Diæceses transmittant. A. C. 1716.  
IV, Ut denique Nationale Concilium  
haberetur: Verum Pontifex anguem  
sub herba latentem detegens, Præsu-  
lum consilia eo collimare reposuit, ut  
obtenta nova Pontificis Bulla, & prio-  
ris explicatione, jactare possent, quod  
Pontifex tacite professus esset, Consti-  
tutionem suam esse obscuram, proin-  
eorum oppositionem omnino fuisse æ-  
quam. Aliunde vero indignum vide-  
batur Pontifici, quod hi Præsules Con-  
cilio Nationalis conditiones ex infectis  
fontibus Cleri Anglicani hauserint, qui  
eodem anno, quo hæc Natio in aper-  
tum schisma prorupit, & a Sede Apo-  
stolica palam defecit, pares conditio-  
nes Pontifici præscripsit. Eapropter  
Pontifex pauca hæc verba reposuit:  
duo conciliationis media magis expe-  
dita, magisque efficacia Nobis occur-  
runt, aut ultronea aut coacta Opponen-  
tium submissio. Hæc Pontificis firmi-  
tas summopere terruit Opponentem,  
quocirca submissionem simulantes, se  
Bullam quidem recepturos profiteban-  
tur, velle tamen suis mandatis infe-  
rere doctrinæ suæ articulos, quos, cum  
Pontifex a Chevalliero recipere recu-  
set, ipse eos examinare non dedigna-  
retur. Ne ergo Opponentem se non  
R 4 audi-

Sæc. XVII. auditos fuisse conqueri possent, illi  
 A. C. 1716. sibi a Regni Regente exhiberi peti-

Hic vero, ne fors hi ipsi articuli Romanæ censuræ stigmatibus contaminarentur, prius eos ab Episcopis Acceptantibus mature examinari præcepit: cum autem hi quamplurima gravi offensiva obnoxia in illis deprehenderent, magis Opponentibus per PP. Tiberyum & B. facierum Missionum Presbyteros Acceptantibus obtulere aliud scriptum in tres columnas divisum, in quarum prima sensum proprium & naturalem propositionum, in altera ipsas propositiones ex Quesnelli libello extractas, & in tertia sensum Orthodoxum, in quo hæc propositiones admittendæ essent, indicabant. Igitur Acceptantes ad calcem primæ columnæ observabant, hunc esse proprium propositionum sensum, in quo, prope jure fuissent damnatæ, ad tertiam columnam notabant, quod has propositiones excusare non valeant, nisi eas tantum variando, aut mutilatim accipiendo & limitando. Hac censura Acceptantes Opponentium fraudem detexerant, qua propositionibus affingendo orthodoxum sensum probare nitebantur, Bullam esse ambigam atque obscuram, eamque non indicare, quinam ex sensu hæretico vel orthodoxo  
 cujus

cujus propositiones sunt capaces, damnatus fuerit sensus. De hoc Acceptantium Judicio Pontifex certior factus, nec doctrinæ articulos, nec hoc scriptum ultra sibi exhiberi sustinuit. Aliud vero turbidos conciliandi medium exposuit; Rohanius Cardinalis; censuit enim, conventum esse cogendum, cui omnes Franciæ Episcopi libere interesse possent: cum autem Pontifici significaretur, in hoc Conventu Bullam ab Opponentibus esse explicandam, hosque suæ doctrinæ articulos approbari, esse petituros, & Noailium se Bullam acceptaturum adeo non promississe, ut etiam palam declararit, quod suam acceptationem, si quam facturum, ad suas explicationes restricturus esset, hinc Pontifex a pluribus aliis Episcopis sollicitatus, totus in eo erat, ut hujus Conventus consilium dissiparet.

§. LIV.

*Sacri Collegii epistola ad Cardinalem Noailium.*

Inter tot turbarum motuumque accessiones summus Pontifex consilia, quæ eidem nuper Cardinales suggesserant, seria mente revolvit, & post tot frangendæ pertinaciæ media incassum adhibita tentandum censuit, an non

*Refut. du  
Mem. t. 2.  
pag. 20.  
Temoig. de  
l'Eccl. Univ.*

R 5

Noail-